

Π 4
1551



Q. H.



Q. N. 352, 64

DE

NUPTIIS

II f
1551

DEO dante,

RECTORE ACADEMIÆ VITEMBERGENSIS

MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO,

ELECTORATUS SAXONICI HAEREDE,

ET REL.

Amplissimo Philosophorum Collegio Consentiente,
publice disputabunt

Eosdem venerantes Parentes,

PRÆSES

M. GODOFREDVS VICTOR MOEHRING,

&

RESPONDENS

CAROL. RODOLPHUS MOEHRING,

Serveſta-Anhaltini,

Anno Academ. Seculari,

MDCCII. d. XXX. Septembr.

H. E. L. C.



VITEMBERGAE,

Imprimebat MART. SCHULTZIUS, Acad. Typogr.

9. 52.



DE
NUP TII S
DEO dante;

RECTORE ACADEMIE VITMBURGENSIS
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCEPS AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICCO AVGVSTO



VITMBURGAE
Typographus Mart. Schwanitz, Acad. Typogr.



Aphor. I.

Tὸ ὅτι nuptiarum multis evincere, supervacaneum ducimus: Res luce meridiana clarior. Perinde est, ac si quis de DEO, sole, hominibus, imo ipsis sponsalibus dubitet.

Aphor. II.

S AMBROSIIUS, in Ecclesia Latina magni nominis Doctor, quando a nubibus verbum nubendi tractum arbitratur, alludit, non verum & nativum ἔτομον evolvit. Derivent alii nuptias a rad. נב, quod *germinare, seminare, augere, fructificare, procreare, provenire, fructum proferre*, & q. c. Hebræis est: α) Nos cum CHRIST. BECMANNO, nemini Philologorum facile secundo, a nubendo deducimus, quod ἰδίως *operire, tegere, velare* denotat. β) Ratio ista videtur, quod, loquente ARITHMAEO loc. cit. *olim fœmina, quam sponsam nunc nominamus, obvoluta, s. obducta luctei coloris velamine in domum mariti deduceretur. Vid. & NEANDER proxime d. l. ex SVETONIO, TACITO, PLINIO, JUVENALI & c. hunc morem allegans. D. JOACH. HILDEBRAND. γ) Velamine, quod pudoris signum erat, nova nupta obtegebatur, & connecta viro in matrimonium tradi solebat, a quo nubendi ritu, nupta, nubere, nuptia (connubia) descendunt. FRIDER. HILDEBR. δ) sequentibus utitur verbis: Velo, quod flammeum vocabant Romani, caput genasque nova nupta obnubebat. At vero non est, cur morem nubendi a Veteribus Romanis derivemus, multo is antiquior censendus: Illustre exemplum S. L. nobis offerunt, isthoc ἀνευ διαλογισμῶν consuetudinem Patriarcharum tempore jam tum in V. T. communem insinuantes: *Isaaco, de puteo viventis & viventis veniente, Bethuelis filia, Rebecca, ingenui pudoris non oblita, peplose obtegebat.* ε) Addamus ob insigniorem evidentiam*

A ISI-

α) VALENT. ARITHMAEI *Peric. Sec. Disp. V. Th. IV. p. 92. SAM. NEANDRI* *Tract. Jurid. de Sponsal. & Nupt. Sect. VII. Th. I. p. 45. & 46. β) Manuduct. ad Lat. Linguam, pref. Cap. VIII. pag. 52. item pag. 765. γ) Tract. de Nupt. Vet. Christian. pag. 69, 70. δ) Antiquit. Rom. p. 325. & 184. ε) Gen. XXIV. 62. & 65. Conf. OSIANDRI* *Comm. in b. l. EDVARDILEIGH* *Crit. Sacr. in Voc. Græc. N. T. p. m. 135. sub voce γάμος. FESSELLII* *Adv. S. Lib. II. Cap. XVII. §. 4. pag. 133.*

35-



ISIDORI, Hispalensis § notam: *Fœminæ, dum maritentur, velantur, ut noverint per hoc se Viris esse subjectas. Rebecca, cum ad Sponsum duceretur, simul ut eum conspexit, salutationem vel oscula non sustinuit, sed statim sentiens, quid esset futura, pallio caput velavit. Secus ac Spartane virgines, quibus, aperta facie ut ante nuptias consummatas incederent, per leges licebat, quo Viros sibi quærent; posteaquam vero nupserant, caput una ac faciem tegebant, ut adeptos Viros tuerentur. Retinuerunt velandi consuetudinem Turcica mulieres, quas ita pannis obvolutas egredi conspicias, ut meræ larvæ aut spectra occurrentibus videantur: η) Livoni, commemorante in *Aula Cimbrica t. t. Biblioth. & Mathematico*, CL. ADAMO OLEARIO, §) quod eo faciliores credimus, cum ipse *αυτόπτης* extiterit: Die Braut muß / so lange sie zu Tische sitzt / ein Tuch über den Kopff hangend haben / welches ihr Angesicht verdeckt &c. Russi: 1) Wenn der Bräutigam sich gesetzt / wird die Braut verkapft ihm an die Seiten gesetzt / und damit keiner das andre ansehen kan / wird zwischen beyden rother Taffet gezogen. It. 2) Der Bräutigam setzt sich mit der Braut / so er als dann (in der Cammer) mit offenem Angesicht zum ersten mahl siehet / an einem gedeckten Tisch. *Persæ, alii, quos lubentes omittimus, cum ista velut εν παρόδω ή παρέρω.* Glorietur in Papatu *S. Virgines, Moniales* dictæ, se recte, quoniam DEO virginitatem devoveant, ac Christi sponsæ fiant, obvelari, veloque ceu castitatis signo tegi, nobis de eo disquirere non licet: Verum ex prædictis non obscure colligimus, extremam, quam adjecimus, deductionem præ cæteris esse aptissimam, & antiquitate, & exemplis, & moribus non semel adhibitis gaudentem.*

Aph. III

§) *Lib. II. Cap. XIX. de Nupt. Vet. Christian. JANI BIRCHERODII Syn. Loc. Comm. Theol. Art. XXXVIII. Cap. II. Sect. II. pag. 326. D. JO. CALVINI Lex. Jurid. sub voce nuptiæ. η) AUGERIGISL. BUSBEQVI Epist. III. pag. 211. de rebus Turcica. §) Moscov. und Persian. Reise-Beschreibung Lib. II. Cap. IX. pag. 108. 1) Lib. III. Cap. II. pag. 211. 2) l. d. p. 214. item Lib. V. C. XXII. p. 607.*

Aph. III.

Videbis apud Autores & Sacros & profanos passim nuptias nominibus matrimonii, consortii, conjugii, connubiorum, conditionis, copula, contubernii, festi gamici, societatis nuptialis, consociationis & consuetudinis conjugalis, amoris matrimonialis, status primi, maritalis, tori legitimi, foederis socialis, jugi connubialis, thalami pudici, conjunctionis, λ) exprimi. Matrimonium audit, quasi matris nomen sperans: Propterea mulier nubit Viro, appositè judicat B. D. JO. MUSÆUS, Scholæ Jenensis P. P. ut pariendo liberorum mater fiat; & Vir ducit uxorem, ut eandem per generationem liberorum matrem faciat. μ) Si causam denominationis quæris, cur non a parte principaliore, Viro, sed sequiore dicatur, poteris perdoctum JO. P. FELWINGERUM ν) consulere. Discrimen inter matrimonium & nuptias si quod intercedit, certe parum attenditur, neque perpetuum est: Adeat AUSONIUM POPMAM ξ), ac ab eo differentiam aliquibus usitatam cognoscere volens, cognoscat. Consortium vocatur, dum obstricti vivunt, utramque fortunam æqua sorte perferant: Nec adversa fortuna, nec rerum inopia dirimere istud valet. Succurrit primum *Mitbridatis* Conjux Regia, *Hippocrata*, quæ tanto erga Maritum amore flagrabat, ut se & armaret, & ope equi adjuta belli tempore semper ipsi præsens esset. *Paulina* libere cum Conjuge *Seneca*, *Neronis* Præceptore, venarum sectione mori eligebat, ad perfectum, idque sempiternum consortium indigitandum. Noverat firmisimum huncce amorem Regis Siciliæ, *Agathoclis* Uxor, nunc *Texena*, nunc *Theonexa*, nunc *Theogene* nomen gerens; deprecabatur inde, ne ab agro divelleretur, ac Ægyptum mitteretur: Nubendo se, inquiens, non prospera tantum, sed omnis fortuna iniisse societatem; nec invitam periculo Spiritus sui emturam, ut extremos Viri Spiritus exciperet. ο) Consentiant Acad. Gallicæ per celebres Elaboratores,

A 2

PI-

- λ) Vid. vocem conjunctionis in *Lex. Jurid.* CALVINI p. 226. μ) *Disp. Theol. de Conjugio* Th. III. p. 2. B. D. CALOVII *Comm. in Genesim* p. 316. D. MEISNERI *Phil. Sobr. Part. II. Sect. I. C. I. Qu. XXII. p. 279.* ν) *Dissert. Polit. XIV. §. VI. p. 487.* ξ) *de Differ. Verb. L. III. p. 118.* ο) JUSTINI *Hist. Philipp. L. XXIII. C. II. p. m. edit. Vratislav. 519. & 520.*

PIERRE de la PRIMAUDAIE, & de la BARREE: π) Mit unsrer Hausfrauen sind wir durch hohe Liebe / liebliche Vermischung / heilige Verbindniß und Gesellschaft in Glück und Unglück / ohn Unterscheid verpflichtet und zusammen verbunden. *Conjugium dicunt a communi jugo, cui colla quasi subdunt, qui illud ingrediuntur; ρ) vel a conjungendo, juxta WILH. STRATEMANNVM, σ) quo Vir & Uxor inter se conjunguntur. Utitur LUCRETIVS voce conjugii nimis generaliter, ceu ex trito versu patet:*

- - - *Qui coitu conjugioque*

Corporis atque anima consistunt uniter apti.

Reliqua Synonyma non tango, cum facillimo negotio patefiant. *Græci exponunt nuptias per γάμον, συζυγίαν, ἐπιγαμίαν, συναφήν, γαμίνα, κοινωσίαν γαμικην. Galli per mariage, noces, conjunction premiere, alliance, droit par mariage. Germani vocabulis: Ehe / Heyrath / Ehestand / Hochzeit / Beylager / Vermählung / Ehe-Bündniß / Ehelicher Beyschlaß / Ehelich Leben / Eheliche Gesellschaft / das heilige Band der Ehe &c. Protuli primarias voces, quibus connubiorum solemnia indicare consueverunt Auctores; neque tamen iis ita fidendum, quasi intime conjugiorum naturam ingrediantur, & exquisitè, quid ea sint, explicent, cum paucissimæ foederum connubialium interiora afficiant, plurimæ ab extra attingant.*

Aph. IV.

Varie a variis vocem nostram accipi, demonstratu facillimum: Accipiunt hi pro *concubitu*, alii pro *convivio*, alii alio significatione, prout præsens aphorismus testabitur. Removeamus primum ἀνύγως dictas significationes a nostra tractatione, deinceps, qui h. l. sumatur, apponamus: Itaque communio cum

- π) *Tom. I. Die XII. C. XLV. pag. 351. Vers. German. RAHTGEBII. ANT. de GVEVARA Horol. Princ. Lib. II. Cap. I. pag. 220. LIEBENTHALII Coll. Polit. Exerc. II. Th. XLVII. pag. 30. PLUFENDORFII Tr. de O. H & C. Lib. II. Cap. II. §. 10. pag. 215. ε) Laud. MUSÆUS de Conj. Th. III. pag. 1. σ) Syn. Polit. Cap. II. pag. 8. it. Syn. Doctr. Oeconom. Cap. III. p. 10.*

muliere, s. ut JULII CÆSARIS τ) verbis loquar, *femina notitia*, nisi tua sit, improbanda: Sic ACCIUS PLAUTUS υ) in *Casina* adhibebat:

Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias.

Subjungam notabilem locum e *Cistellaria*: φ)

Hæc quidem ecastor cotidie Viro nubit, nupsitq; hodie,

Nubet mox noctu: Nunquam ego hanc viduam cubare sibi,

Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat.

JUSTINUS χ) de Rege Syriae, Antiocho narrat: *Rex ipse per byemem in luxuriam lapsus novis quotidie nuptiis deditus erat.* HO-

MERUS, ψ) inter Poetas non incelebris, eundem significatum retinet:

Ἐκ δ' ἐτελέσσε γάμον θαλερόν.

Exulat γάμος denotatio, quando pro *sponso & marito, conjugii, l. matrimonii*, quando pro uxore usurpatur, qua de DANIEL FESSELIUS ω) ex ATHENÆO agit. Improbandus mariti cum marito concubitus, qui *nubendi* verbo exprimi solet: Abhorret inde animus castus, atque destandam pessimi furfuris hominum libidinem execratur. a) Displicet τῶ γάμῳ, unde γάμος ortum trahit, acceptio, quando *non solum illegitima antediluvianorum conjugia, dum plerique dispari gaudebant connubio, sed adulteria & illiciti congressus, tradente prælaudato FESSELIO b) notantur.* Ωσπερ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τῶ καλακλυσμῶ, γαμῶντες ἢ ἐγκαμίζοντες. c) Denotat interdum nuptiale convivium, ac epulum magnificentum:

τίπτε δὲ σε χρεώ;

εἴλαπίν' ἢ γάμος; ἐπεὶ ἐκ ἔρανος τὰ δευ' ἐστίν. d.)

Eodem modo Stalino apud PLAUTUM: e.)

Mea uxor vocabit huc eam ad se in nuptias.

Nec

- τ) *Lib. VI. de Bello Gall. p. 130. edit. Scal. Amstel. υ) Aët. II. Sc. IIX. p. 209. v. 57. φ) Aët. I. Sc. I. v. 45, 46, 47, p. 229. Conf. e Pseudolo Aët. I. Sc. III. v. 80. p. 538. et e Casina Prol. v. 65. & 66. p. edit. Buchn. 194. χ) Hist. Philipp. Lib. XXXI. C. VI. §. 3 p. 606. ψ) Hymn. in Pana v 35. p. edit. Argent. 806 ω) Adv. Sacr. L. II. C. XXI. §. 3. p. 156. a) CIRT. de R. G. Alex. M. L. I. C. IX. p. edit. Franc. 8. WINCKELM. Cesareol. p. 7. in vita Neronis. b) Adv. Sacr. l. c. p. 156. c) Math. XXIV. 38. Luc XVII. 27. d) HOMERI Odyss. α. v. 10, & 11. p. 36. e) in Cas. Aët. II. Sc. IIX. v. 52. p. 209. Gen. XXIX, 22.*

Nec minus nuptias personales, spirituales, aeternas; (f) neque corporum, honestam quamvis conjunctionem attendimus; ea siquidem connubium constituere nequit, adfit praeterea consensus ac animorum conjunctio:

Qui duo corporibus, mentibus unus erunt.

Non animarum tantum sit communio, sed etiam corporum carnalis, quam vocant, copulatio. (g) Utraque igitur ad consummationem requiritur. Sed delibasse haec de homonymia satis sit, ne ultra modulum brevitatis disputatio excedat.

Aphor. V.

Aequum nobis visum fuit, cum extent, quae perfectam connubiorum essentiam describant, definitiones, novam haut fingere, sed recipere receptam: *Fons mali est studium innovandi*, praec. are docuit B. D. JO. AD. SCHERZERVUS, (h) & nolle contentum esse approbat is haecenus a Claris Philosophis definitionibus rerum. Vicissim: (i) Maxime necessarium videtur, receptas & communes rerum definitiones retinere, ut uno ore & una philosophemur mente. Placuit autem seligere Excellent. Domini Praeceptoris, CHRIST. ROEHRENSEE (k) conceptum essentialem, ex asse omnia, quae distinctam conjugiorum γυνώσκω referre valent, suppeditantem. Non equidem eo ipso Sanctissimi Principis JUSTINIANI, (l) Virorum Praestantissimorum, BALTHAS. CELLARI, (m) FELWINGERI, (n) ex ARISTOTELIS de Republ. libris eruentium, NEANDRI, (o) JO. HENR. ALSTEDII, (p) ERNESTI GOCKELII, (q) CHRIST. LIEBEN-

THA-

(f) B. D. WILH. LYSERI *Syst. Theol. Exeg. P. III. Cap. III. Sect. III. membr. II. mom. XX. p. 1767.* (g) CALOV. *Theol. Posit. P. III. Sect. II. Tit. II. Cap. VI. Tb. I. p. 461.* (h) in *Dedic. Vet. ad B. D. Hülsem. Man. Philos. Quadrip. p. 3.* (i) p. 4. cit. *Dedic. Vet.* (k) *Annot. MSC. in PUFEND. Tract. de O. H. & C. Lib. II. Cap. II §. 4.* (l) *Vid. Institut. edit. a VINNIO Lib. I. Tit. IX. de Patria potestate. HOPPII Ex. Instit. Imper. L. I. Tit. X. Qu. XXII. p. 33.* (m) *Polit. Suc. Cap. II. §. V. p. 21. Ej. Tabell. Polit. II.* (n) *Dissert. Polit. XIV. §. 3. p. 486.* (o) *Tract. Jurid. de Spons. & N. Sect. VIII. §. 1. p. 55.* (p) *Theatr. Scholast. Lib. II. Sect. I. Cap. XVI. p. 113.* (q) *de Europ. Reg. Cap. II. §. XXI. p. 253.*

THALII, (r) BALTH. MEISNERI, (s) WENDLERI, (t) ARITH-
 MAEI, (u) JAC. THOMASII, (x) TOB. TULEMANI, (y) JO.
 MUSAEI, (z) AD. RECHENBERGII, (α) JO. BARTH. NIEMEI-
 ERI, (β) STRATEMANNI, (γ) SEB. SCHMIDII, (δ) MAGNIDAN.
 OMEISII, (ε) BECMANNI, (ζ) MARTINI, (η) aliorumve, quas Eru-
 ditus orbis colit definitiones, prorsus rejicimus, habent etenim il-
 larum momenta non contemnenda, quibus connubia exprimant, sed,
 ut partim certae descriptioni inhæreamus, unde ad κοινωσύαν no-
 stram pertinentia rite deducamus, partim, ne vel non completam,
 vel quoad antenus obscuram pro clara arripiamus. Definit vero Pa-
 tronus noster ætatem devenerandus l. d. per conjunctionem indisso-
 lubilem, ac decentem maris & foeminae ad liberorum procreationem, mu-
 tuumque adjuvatorium legitime consentientium, a natura constitutam, ma-
 ritique imperio divinitus instructam. Similem Celeberrimus Gymn. Go-
 thani quondam Rector, ANDR. REYHERUS (η) extruxit, quod fit
 conjunctio indissolubilis, legitima maris uniusque foeminae, ad mutuum au-
 xilium, in bono domestico obtinendo, liberorum procreationem, & vagae
 libidinis coercitionem, a DEO ipso instituta.

Aphor. VI.

Dispaesceat procul dubio inter alia exinde ineffabile nuptia-
 rum emolumentum, incomprehensibilis earundem necessitas,
 quod creato a Benigno Creatore πρωταρχώπῳ, omnipotentia
 sua DEUS, ac egregia bonitate incitatus, in amœno statim Paradi-
 fo

r) Coll. Polit. Exercit. II. Tb. XXII. p. 25. (s) Phil. Sobr. Part. I. Sect. II. C. III. p.
 529. (t) Phil. Pract. Part. II. Sect. I. Cap. II. §. II. p. 176. Conj. Ejud. MSC.
 Lib. II. §. I. Sect. I. Cap. II. (u) Per. Sec. Disp. V. Tb. IV. p. 90. x) Phil. Pract.
 Tab. XXXIV. y) Exerc. Philos. XLVI. Tb. XVI. z) Disp. de Conjugio Tb.
 CXL. p. m. 85. α) Lineam Phil. Civilis P. II. Cap. II. §. I. p. 121. β) Diss. Acad.
 de Societat. tam primis & minoribus, quam civilibus & c. §. XXII. γ) E-
 pit. Doctr. Polit. C. II. pag. 8. it. Syn. Doctr. Oecon. Cap. III. p. 9. δ) Comp.
 Theol. Cap. XXVI §. V. p. 450. ε) Epit. Jurisprud. Natur. Cap. XV. p. 358.
 ζ) Medit. Polit. C. VII. §. III. pag. 93. (η) Coll. Nov. Quaest. Phil. Disp. IV.
 Probl. II. η) Margar. Phil. Cap. XVII. Syn. Oeconom. p. 772. Tb. 514.

fo (9) uxorem, ceu fidam in vita sociam, æqualem in fortuna con-
 sorte m, & acceptam auxiliatricem condiderit, quo cum ea con-
 junctim in singula in terra, aqua, aëre degentia singularissimum
 dominium exercent. *Quorum causa quis dixerit, quærit TULLIUS,*
(i) effectum esse mundum? eorum scilicet animantium, quæ ratone utuntur.
Credibile est, Deorum & hominum causa factum esse mundum, quæ æque
in eo sint omnia. Ecce igitur, de Autore non dubitandum; ipse
 DEUS nuptias instituit, instituendo approbavit, approbando be-
 nedixit, benedicendo sanctificavit: *Annon magnum, quod in inno-*
centiæ statu DEUS conjugium ordinavit? recitat e B. LUTHERO B.
CALOVIVS, (x) stat hæc consolatio invicta contra omnes daemonio-
rum doctrinas, quod conjugium sit vitæ genus divinum, h. e. a DEO ordi-
natum. E. Numini Divino, Cælique Summo Moderatori non di-
 splicet, qui uxorem ducit. *Non solum Imperia, GREGORIUS RICH-*
TERUS (λ) narrat, sed etiam conjugia fato, sive ordinatione divina
constituuntur. Regit DEUS occasiones & morum impetus in contraben-
da societate. Diuturna, imo perennis mortalium conservatio ef-
 flagitabat augustum huncce Fundatorem, qui animis humanis
 appetitum conjugalem implantaret. *Mulierem inveniens, bonum*
invenit, & jucunditatem a Domino haurit. (μ) Definiant, quibus ar-
ridet, nuptias per unionem, contractum, amorem: Definiant per socie-
tatem simplicem & naturalem, pactum, ordinem, sacramentum &c. nos
per conjunctionem. Haut quidem nescii sumus, Papistas summo
 animi ardore urgere, quod per *Sacramentum* describendæ sint,
 cum locum inter N. T. Sacramenta nanciscantur; (ν) quibus tamen,
 cum

9) *Plura apud AEPINIUM in Diss. Rostoch. de Societatis Nuptialis in sta-*
tu integritatis necessitate. (i) L. II. de Nat. Deorum pag. 1929. GVILI-
ELMI MECHOVII Phil. Paraenet. L. I. Cap. VII §. XIII. p. 48, 49. Gen.
I. 26. seqq. (x) Comment. in Genesin pag. 305. Matth. XIX. 4. Vid. insuper
Dn. D. SCHELVIGIUS in Exerc. Hist. Eccles. de Antiquit. Consecr.
Nupt. §. IV. pag. 4. & momentis, & auctoritatibus, GERHARDI scilicet,
CHEMNITII, ZANCHII, PARAEI, PERKINSII, itemq; ZEPPERI
sententiam illustrans. λ) Axiom. Oeconom. LVI. p. 173. μ) Prov. XIII.
22. XIX. 14. Conf. ALSTEDII Philos. digne restit. P. I. Archel. Cap. XV.
Tit. 40. p. 77. ν) MART. BEGANI Man. Comp. Controv. Lib. I. Cap. VIII.

cum SEB. SCHMIDIUS, (ξ) CALOVIUS, (ο) BIRCHERODI-
 US, (ω) LYSERUS, (ρ) MEISNERUS, (σ) DEUTSCHMAN-
 NUS, (τ) alii satisfecerint, ac ad alienas negotium scholas spe-
 ctet, nihil de nostro addimus. Neque ignoramus, discrimen
 ab uno & altero constitui inter *conjugia secundum leges natura-
 les, atque divinas positivas universales* considerata, quod *natura
 pactum sive contractum, divina lex ex adverso conjunctionem* prae-
 cipiatur; quasi vero neque naturae praeceptum Conjugum con-
 junctionem injungat, quasi Gentiles conjugium non inierint,
 ac modo indissolubili masculus & femina, nemine interveni-
 ente, vitam transegerint, quasi non ipsa vox, dum ambo inter
 se conjunguntur, tacite genus subministret: Accedit, B. HIE-
 RON. KROMAYERVM, (υ) Lipsiensem Theologum inju-
 dicando acutissimum, *conjunctionem, ad Politicam, naturalem
 nempe considerationem, retulisse, argumento perspicuo, non
 ita validam esse differentiam. ceu ante ex aliorum ingeniis ad-
 jecimus. Mutuo ab eo accipiamus proprias, quibus utitur, vo-
 ces: Vocabula, l. d. pergit, quid legitima, & quid indissolubilis con-
 junctio esse debeat, infinitas prope modum controversias pepererunt, sed
 quia pleraque, ad forum Politicum spectant, nos dia βραχέων acturi pau-
 cis erimus contenti. Habemus itaque, quod adstruximus, optime
 conjunctionem adhiberi: Conjunguntur nuptiis, quod negari
 nequit, qui prius sejuncti erant, nec ullam invicem cognitio-
 nem habebant; conjunguntur & copulantur, ut cohabitando,
 ac speciem propagando immortale reddant genus humanum;
 conjunguntur nuptiis corpora, mentes, voluntates. Expetis*

B

for-

p. 342, 343, 350. *Conc. Trident. Sess. XXIV. Can. I. (edit. Dn. D. ANTO-
 NII) p. 166. Conf. GVEVARAE Herol. Princ. L. II. Cap. I. p. 217. Ni-
 hil ab orde condito matrimonii sacramento antiquius. (ξ) Comp. Th.
 Cap. XXVI. §. VI. p. 451. (ο) Syst. LL. Theol. T. II. X. Art. IV. Cap. I.
 Quest. II. p. 519. (π) Syn. LL. CC. Theol. Art. XXXIX. Cap. II. p. 325.
 (ρ) Syst. Thet. Exeget. P. III. l. d. §. III. p. m 1768 (σ) Phil. Sobr. Part.
 II. Sect. II. Cap. I. Q. I. p. 691. & 698. (τ) Theol. Pos Polem. Tract. V.
 Art. XV. Th. III. p. 174. Adde, si voles M. FRID. J. MENGEWEINS
 Theol. Thet. Pol. Loc. XIII. Th. II. p. 494. (υ) Theol. Pos. Pol. Art. XXI.
 p. 1150.*

forte dilucidior in eo declarationem, an corporum, an animorum conjunctio de essentia matrimonii sit? Ingenuè rei nervum fatebimur: Indicavimus supra *Aphor. IV.* utrumque desiderari. In praesenti pro quaestione decidenda respondemus, primario ad conjugii naturam voluntatum, s. animorum connexionem facere. *Potissima conjugii pars animorum conjunctio, votum conferente ARITHMAEO (Φ), quorum unum est corpus, unus debet esse animus. Idem: (χ) Sponsi, (de Conjugibus simile ferendum judicium) prius animis conciliandi, quam corporibus consocientur. Quin & Judice, Dn. Lic. JO FRANC. BUDDO, consensus (Ψ) ad matrimonium sufficit, minimeque necessum est, ut corporum commixtio ad ejus complementum accedat Idem, quod vulgo ajunt: Consensus, non concubitus matrimonium facit. Proña hinc consequentia emergit, & morti extreme vicinum sese conjungere posse: Nihil impedit, nodum solvit CELLARIUS, (ω) quo minus morti vicinus societatem hanc ineat ac matrimonium contrahat, quantumvis concubitus non sequatur. Sit conjugum sese unientium conjunctio ἀχώριστος & indissolubilis: Haut frustra Sacerdotes usurpant e S. L. petitam dicendi formulam: Quod DEUS conjunxit, homo non separet. (a) Significatur vocabulo indissolubilis, s. indivisibilis, non, quod plane nulla ratione & absolute, sed quod ita facile & limitate dissolvi ac dividi nequeat. Quæris, utrum & ad inchoatum conjugium referatur indissolubilitas? Quam maxime ego putaverim: Ducem hoc in passu secutus sum STRATEMANNUM, (b) et si pauca, attamen digna & vera commemorantem: Indissolubilitas illa non tantum ad matrimonium consummatum, sed & ad inchoatum, vel ad ipsa sponsalia publice facta extenditur. Alioqui matrimonia mors, malitiosa desertio, adulterium, (c) pergraves insidiæ, odia capitalia etf.*

p. di-

- Φ) *Peric. Sec. p. 92. Conf. notam (c) eadem pag. (χ) l. c. Disp. IV. Th. I. p. 66.*
 Ψ) *Elem. Philos. Pract. Part. II. Cap. XIII. §. VII. p. 327. CELLARII Polit. Succ. L. I. Cap. II. §. 6. pag. 22. Dn. D. RECHENBERGII Cas. Nupt. Illustr. Cap. IV. §. 19 (ω) Polit. Succ. l. d. p. 22. (a) Matth. XIX. 6. (b) Epit. Doctr. Polit. C. II. p. 21. (c) B. D. SCHERZERI Brev. Th. ol. §. GL. p. 223, 224. MUSÆUS de Conjugio Th. XLIII. XLIV. XLV. p. 21.*

p. dirimunt. Melioris perspicuitatis ergo divortia & repudia distingvimus, alia quoad torum, mensam & cohabitationem, alia quoad vinculum fieri arbitantes. Quoad vinculum soluti ita separantur, ut ab utraque parte iis rursus nubere liceat; quoad lectum autem & cohabitationem, adhuc vinculum, unio, & societas conjugalis firma permanet. Eadem, quam Icri distinctionem formant, *διάλυσις*, vel sine, vel propter causam, vel ad tempus, vel in perpetuum fieri. Sit praeterea *legitima, decens, honesta* in connubiis conjunctio: Nihil temere absque praeviis precibus suscipiatur, non implorata benedictione divina vim suam conjugia non habent; nihil absque Parentum consensu, adsit is ex honestate, necessitate, Patriaque potestate, cum uterque eum sibi gignendo comparaverit, tamen si sua jura haut semper exercent: Accipit thesis nostra lucem & praesidium e Consistoriorum pronuntiatis: Demnach wird der leiblichen Eltern consens nicht nur de honestate, sondern auch natürlicher / Göttlicher und Weltlicher Rechte Verordnung nach de necessitate zu der Kinder Verehligung erfordert. Referas huc, quoad honestum, Parentum vices sustinentium, V. C. Tutorum & votum; nihil absque propria deliberatione, partiumve contrahentium consultissimo consensu, ne forte mutuum in vita consortium impediatur: *Quis recte factum perhibeat, Stagirita vult, d) si quis aliquam, de cujus animo & amore certus esse non potuit, vi rapuerit, ipsique cohabitaverit; nihil absque liberrima voluntate, hujusque plena integritate: Si vel personae, vel virginitatis error, vel metus, vel ebrietas, vel alius vitii ignorantia contingat, contractus haut obligat. Fluit inde, quando timore, vel vi adacta persona in amores consenserit, annulum etiam, ceu certissimum pignus traderit, vel impotentiam, ac corporis inhabilitatem cognoverit, vel vitiatam & ab alio compressam pro virgine duxerit,*

B 2

omni-

SCHMIDII *Comp. Theol. C. XXVI. §. 63. & 65. p. 468, 469. NEANDRI Traët. de Sponsal. & N. Sect. VII. Th. IV. p. 180, 181. seqq.*
d) *Lib. I. Oeconom. Cap. VI.*

omnino matrimonium dissolvi & rescindi posse. Observent consanguinitatem & affinitatem, ne in naturæ pariter & divinum jus desponsandi impingant: Sic in linea ascendente & descendente nuptiæ in infinitum prohibentur. Abhorrent non minus, quam reverentia adiguntur liberi, cum illis connecti, unde natales acceperint: Hoc non obstante, delinquebant hanc in regulam regionis Nauræ incolæ, quippe apud eos Parentibus supra coire cum liberis fas erat, & Satrapes duos ex sua matre filios cognoscebat e). In linea collateralis aequali, primo consanguinitatis gradu juncti, conjungi nequeunt. f) Singula asserta, quibus prohibitos expriment gradus Theologi, Jcti, Politici, enumerare nolo, istud brevitatis causa, quod tritum judicio, afferam: :

Nata, soror, neptis, matertera, fratris &
uxor,

Et Patruis Conjux, mater, privigna, no-
verca,

Uxorisque soror, privigni nata, nurusque,
Atque soror Patris, conjungi lege vetan-
tur.

Plura desiderantes, Autores allegatos g) haut gravatim
evolvant. Digna, quæ probe perpendantur B. D. OSI-
AN-

(e) CURT. L. VIII. C. II. pag. 231. Conf. LOCCENII Not. Polit. in
Lib. II. pag. 139.

(f) Contrarium vid. in EVERH. FEITHII Antiquit. Homer.
Lib. II. Cap. XIII. pag. 138.

(g) STRATEM. Epit. Doctr. Pol. Cap. II. pag. 10. & II. Oe-
con. C. III. Can. V. pag. 42, 43. seqq. CELLAR. l. c. Cap. II.
§. 23, 24. & c. pag. 33, 34, 35. LISERI Syst. Theol. Exeg. l. d.
Mom. XXI. §. V. VI. & VII. pag. 1772. MENGEWEINI
Theol. Tb. Pol. Loc. XIII. Tb. IV. pag. 504. LAMB. DA-

ANDRI h) verba : *Ubi persona contrahunt, quae salvis legibus divinis contrahere non possunt, sentiendum est, quod ejusmodi copulatio non Deum, sed Diabolum Autorem habeat.* Pontificiorum e Patrinorum statu orientes propinquitates, Ecclesiasticas ipsis dictas, nihili pendimus, quod *ἀρεῶν γεὰ Φῆς* hujusmodi conjunctiones prohibeant; quin & Romano Pontifici omnem circa divinas prohibitiones dispensationem denegamus, quamvis quoad humana interdicta locum eadem non raro inveniat. i)

Aphor. VII.

Sociæ in thalamo casto non plures sint, quam duæ personæ, masculus & foemina: Reprehendimus ob id *Turcas*, quos, quot velint, *ad justas uxores pellices assumere nulla lex vetat* k) Amborum consensus sit deliberabundus, non facile, id est, nullo præeunte consilio expetentis partis petitio locum det virgo, externam solum formam, ac præstantis corporis foemini staturam non curet juvenis, sed insimul quodvis contrahentium attente perpendat, num connubialia onera aequa mente perferre, indissolubilique vinculo ad extremum vitæ halitum degere velit. Sufficit interdum, quando per signa externa, per literas, vel etiam tacendo

B 3

ani-

NÆI Eth. Christ. C. XIV. p. 207, 208. MUSÆUS de Conj. a Tb. LXV. ad XC. a pag. 35. ad 49. DN. D. NIEMEIERI Theol. Moral. Disp. XXXI. Tb. X. XI. seqq. LIEBENTHALII Coll. Polit. Exerc. II. pag. 26, 27, 28. ARITHMAEI Peric. Sec. Disp. I. II. & III. NEANDER de Spons. & N. Sect. X. Tb. XIV. XV. XVI. seqq. D. LAUTERBACHII. Comp. Juris Lib. XXIII. Tit. II. ff. pag. 443. & 444.

h) *Comm. in Matth. cit. cap. XIX. 6.*

i) *DANAEI Eth. Christ. Cap. XIV. pag. 209.*

k) *BUSBEQUII Epist. III. de rebus Turc. pag. 212.*

animorum conformitatem declarant. Utrum ratum sit inter inæquales connubium, si virgo a sene, mulier vetula ab adolescente ducatur, quo anno nuptiæ contrahendæ, an ex ARISTOTELIS opinione masculus, qui 37. foemina, quæ 18. annos complevit dicant alii: Nos marem & foeminam ad completum pertinere conjugium credimus; Foemina absque mare, mas absque foemina cohabitare, finemque a Deo O. M. constitutum attingere nequit. Convenit primævæ institutioni, unam mulierem unum habere virum; utile id, receptum atque decens, unum una vicissim esse contentum. Disquirenti, *an polygamia sit contra Jus Naturæ?* Respondemus, aliud dici J. N. præceptivum, aliud svasivum; aliud simultaneam unius foeminae & plurium Virorum *πολυγαμίαν*, aliud unius Viri & plurium foeminarum. Applicatio suborbitur talis: Juri N. præceptivo polygamia non adversatur; equidem magis svaadet J. N. *μονογαμίαν*, non præcipit. Unius foeminae & plurium Virorum copulatio repugnat, non vice versa: Edocuerunt nos ita *non sine honore nominandi Politici*; (1) Juva-bit in Lectoris gratiam momenta quaedam repetere, eorundem deductionem cujusvis sedulitati committentes: Sunt autem solidarum rationum, quibus defendere thesin alla-borant, quinque: *Primam desumunt a sine connubiorum tum primario, tum secundario, alteram a natura societatis conjugalis, tertiam a defectu naturalis obligationis ad μονογαμίαν, quartam a S. Patrum exemplis, demum quintam a S. Lit. consonantia*: Quam tamen, permultis quippe Theologis adversam, litem nostram nunc non faciemus. Propera-mus ad definitionis sequentia: Consuluit hoc pacto DEUS mortalium sustentationi, genera enim & species cum per-

en-
 1) *Conf. Dn. L. BUDDEI Elem. Phil. Pract. P. II. Cap. XIII. §. VIII. pag. 327. Excellent. OMEISII Epit. Ju-rispr. Nat. Cap. XV. §. IV. pag. m. 359. FELWINGE-RI Dissert. Polit. XIV. pag. 513. & 514.*

ennare haut valeant, individuorum concursu interitus
 compensat, h. e. liberos de novo donando per mortem
 denotata loca supplet. Ii autem, quod obiter, optime
 sibi in liberorum procreatione prospicient, qui PLUTAR-
 CHI (m) elegantem non contemnunt admonitionem :
*Qui rem habere, inquit, cum mulieribus prolis gignendae cau-
 sa volunt, aut omnino vini vacuos, aut certe mediocriter eo usos
 convenit facere. Adsolent, subjungit causam, vinosi & ebrio-
 si fieri, quos Patres ebrii fecerunt. Culpam sibi ipsis tribuant
 Parentes, quando animo abalienatum, & mentis male
 compotem, quando aliis vitiis deditum & immorigerum,
 gignunt, quando ebrium, vinosum conspiciunt. Voluit
 DEUS, quo alter alteri manus porrigat auxiliatrices : Po-
 stulat adjutorium vita humana, quæ, uti in munere pro-
 creationis certae sobolis, ita in prolis educatione, aliisque
 negotiis rite obeundis sola sibi existit insufficientis. Mini-
 me tamen hoc modo tertium, quem aliqui Politicorum,
 expressis verbis constituunt, excludimus finem, sed tacite
 eum subinnuimus : Accidentaria ratione accedit, Disertissi-
 mi TILEMANI (n) sententiam amplector, ut nimirum libi-
 dinis in natura corrupta fomitem accensum, remedii vicem prae-
 stet. Vagae propterea ac inordinatae libidinis evitatio no-
 stra non removetur, sed stabilitur definitione. De con-
 sensu legitimo cum paulo ante egerimus, actum agere no-
 lumus. Produxit hominem natura benigna cum oppoñ, ut
 societatem magni faciat, non secessus adpetat, non solitu-
 dinem praeferat. (o) Eloquitur id ipsum ARISTO-
 TE.*

(m) *De Liber. Institut. pag. 4.*

(n) *Exercit. Phil. XLVI. Tb. XXIII.*

(o) *VITRIARII. Inst. J. N. & G. Proleg. Quest. I. & III
 PUFENDORF. Tract. de O. H. & C. Lib. I. Cap. III. §. II
 pag. 44, 45. JOH. GERHARDI Cent. Quest. Pol. Dec. I
 Quest. II. pag. 16.*


LES p) sequentibus : Διότι φύσει πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶν,
πάσης μελίτης, ἢ παντὸς ἀγλαίας ζῶς μιλλόν, δῆλον. Quod
reliquum, maritale itidem in uxorem imperium adsit : Re-
gat eandem regimine non leonino, sed civili, non seruili,
sed prudenti, non tyrannico, sed comi, non duriore, sed
liberore : *Equum est, (q) ut uxor in honestis rebus Viro suo ob-*
temperet, quasi in illius familiam emta fuisset ancilla. In uxo-
rem maritus non saeviat, liti, contentioni, rixis, iurgio &
quae c. locum Conjuges non dent, foeminae, si quae sint,
vitia patienter ferat, iustoque tempore, modeste tamen cor-
rigat : *Quid in contentione mutua, tradit B. D. MICH. WAL-*
THERUS (r) & pugna emolumentum sperandum? Recte Impe-
rator Aurclius censuit, Uxorem quidem admonendam persaepe,
reprehendendam raro, violentis manibus nunquam tractandam.
Quod si uxori seruiat mas, natura invertitur. (s)

Aph. VIII.

Limites quoniam excedere non licet praescriptas, plu-
ra charta prohibet. Dabitur forte occasio commodior,
de his & similibus uberiora exponendi : Interea Dissertatio-
nem & hanc obfirmamus, rivosque claudimus.

Sat prata biberunt.

- (p) *Lib. I. de Republ. edit. Florent. VICTORII pag. 11, 12.*
(q) *CELLARII Polit. Succ. Cap. II. §. 29. pag. 37. ARNI-*
SÆI Doctr. Polit. Cap. III. pag. 75, 76. &c.
(r) *Phil. Pract. MSC. Part. Spec. Sect. II. Tract. Post. Cap.*
III. Can. II.
(s) *STRATEMANNI Syn. Doctr. oecon. Cap. III. Can. XIV.*
pag. 54.



ov,
od
e-
lli,
ed
b-
o-
&
nt,
or-
L.
ve-
pe,
n.s.
on
on
u-
or,
io-
12.
VI-
ap.
IV.

Pon II f 1551 BK

ULB Halle
004 858 034

3



